



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Vincentivs C. 5. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

196 *Vita Sanctorum.* 5.A.P.R.
In mare cum saxis appendicibus abje-
cti ipsissimum Olympum subierunt.
THEODVLVS deinde multâ luce
candidus, inde ad suos revisit, quod te-
stamentum facere esset oblitus. Dixit
ergo heredes omnium pauperes, & te
quoque inter hujus testamenti execu-
tores hodie cupit habere. *Ex Metaphr.*
apud Surium.

S. VINCENTIVS C. 5.Aprilis.

Sancus VINCENTIVS antiquâ Fer-
rierorum familiâ in Hispaniâ natus,
primis statim annis documenta edidit
Magisterii pietatis, quod vir exercuit,
jam puer inter pueros Magnus Orator.
Ea initia egregiâ indole ac literarum
eximio profectu fecit auctiora, omnem
libertatem pertæsus, quæ levitatem ole-
ret. Ingressus S. Dominici familiam, &
Christi aspectu, morbo levatus, ejus im-
perio populos ad poenitentiam evocare
instituit, tam strenuè quidem, ut satis
constet Iudæorum viginti quinq; mil-
lia, totidem ferè Saracenorum, Christo
ejus operâ conciliata; Christianorum
centum viginti millia eidem reconciliata:
publicis flagitiis infamium qua-
draginta millia ad innocentiam redu-
cta. Ardorem dicentis inde intelligas,
quod capitalia ausos cùm ad furcam
comitaretur, oratione primùm efferve-
scere, mox colliquecere, denique in ci-
nerem

P.R.
ibje-
int.
ce
d te-
Dixit
& te
ecu-
phr.

rilis.
Fer-
tus,
didit
uit,
tor.
m,
nem
ole-
n, &
im-
care
satis
mil-
isto
rum
nci-
ua-
du-
as,
cam
eve-
ci-
em

5.APR. *Vitæ Sanctorum.* 197
nerem exarescere coegerit felicissimo
suppicio amoris extintos. Tot spoliis
Orco abactis triumphantem mirum
non est, si Styx odit, & spoliare castitatis
gemma contredit, quantumvis irrito
conatu, quod in Magnæ Matris tutelâ
esset, quæ suo pugili adstitit, & victo-
rem rude donavit, in nos quoq; exem-
plum repetitura, si cum VINCENTIO
vincere vellemus. Aëta olim furiis ma-
ter, ac proli suæ iniqua infantē in mul-
tas partes secuerat: has collectas vir-
sanctus integritati vitæq; restituit, post
dæmonem etiam de morte triumphas,
quæ proinde obstruere viam huic sive-
ri non potuit, quo minus ad cælum an-
no MCDXVIII. ferretur. *Ex Sur.*

S. I R E N E V. M. 5. Aprilis.

IRENE S. Anastasiæ famulabatur,
I conditione, non item virtutibus Heret
impar. Vnà cum duabus sororibus ad
tribunal rapta est immitis Dulcitii,
quodque magis timendum fuit, etiam
lascivi. Profuit innocentibus, quod
amor in furorem abiit, qui Dulcitium
ad dissuaviandas ollas impulit, quarum
fuligine deformatus cæcus amator, bac-
chatusq; per urbem populo ludos præ-
buit. Sed neque cum denudari virgines
mandasset, vestes corporibus eripi ullâ
vi potuere; pugnante pro iis, & togas
retinente mordicus pudore. Fornace

N 3

deinde